

DISSERTATIO DE PLUVIA LAPIDUM IN CHANANÆOS.

Ad Josue 10. 11.

Post initum à Josue prælium cum quinque Regibus Chananaeis Gabaonem obsidione premitibus, ad eos in fugam hostes Betheron versus inseguuntur eis. Cum ad Urbis de scensum pervenissent, Deus, inquit Textus sacer, misit super eos (nempe Chananeos) lapides magnos de Cœlo, usque ad Azera: & mortui sunt multo plures lapidibus grandinis; quam quos gladio percusserant filii Israël. Hæc Scriptura verba negocium Sacris Interpretibus fecerunt adeò, ut in variis abeuntis sententias, alli quidem de procœla grandinis alibi de procœla lapidum dictum exposuerint Hoc Dissertatio nis hujus nostræ argumentum est.

Receptor inter Expositores sententia tenet, Deum (a) fugientes Chananeos oppresſiſſe ingenti grandinis procœlla, quæ valido delata vento in miserorum capitula devoluta est. Favet interpretationi Textus, in quo post narratum lapidum pluviam, Misit super eos lapides magnos, tum additur, quæ luculentioris expositionis gratia: Mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quam quos percusserant filii Israël. Septuaginta geminum hunc Textum redunt, Lapidis grandinis (b). Suffragatur Author Eccli 46. 6. In saxis grandinis virtus valde fortis. Et alibi cap. 43. 16. tanquam Divinæ virtutis argumentum afferit illud: In magnitudine sua posuit nubes, & confracti sunt lapides grandinis. Ex quo animadverteat juvat, solemnis Hebreorum phrasis grandinem lapidum nomine, vel lapidum grandinis exprimit, quemadmodum & pro glebis (c) lapidis luteos, & pro plumbo erigendis ad libellam muris lapidem flanneum (d) usurpat. Iis qui male compactum murum ædificant eumque terrâ fine paleis obliniant, Ezechiel denunciavit, cum valido ventorum turbine pluvia corruevit, & ingentium lapidum procœlla ingruente ædificium lapsurum (e). Luculentior Isaias 30. 30. immisurum in Afrycos Deum-ministratur turbinem & lapidem grandinis, quibus aliquidantur. Ezechiel Domini iudicium in Gog prænuncians, animadversum in illum ait lue, sanguine, plaviâ vehementi, & lapidibus immensi; sulphure insuper & igne è Cœlo demissis (f). Aptè proinde historia Judicium de procœla grandinis in eadem Chananeorum faciente exponitur. Præter grandinem addunt Prophetæ Abacuc 3. &

a Vide Joseph. Antiqu. l. 2. c. 5. Lyr. Menoch. Tir. Diogen. Cartb. To. §. in Josue 10. 9. Sallian. Vatabl. Cleric. Alii.

b Lithos Chananeos. Hebr. beatisne habebat.

c Eccl. 22. 7. In lapide luteo lapidatus est piger.

d Zach. 4. 10. Videbunt lapidem flanneum in manu Zorobabel.

e Ezech. 13. 11. 23.

f Ezech. 38. 22.

Josephus (*) tonitrua, fulgura, & imbræ que in Textu Josue desiderantur.

Opposita huic sententia, quæ de pluvia lapidum ad literam Textum interpretatur, neque suis deficit conjecturis, neque eruditissimorum Authorum suffragio. Mafius, Grotius, Bonfrerius, Gerardus Joannes Vossius [g], alique nonnulli in eam rem convenienti, tanquam unum ex prodigiis Dei Israelis historiam illam reputantes. Eam statim ideam verba Textus ingerunt; quod autem subditur de grandine lapidum ad superiora illa referendum videtur, nimirum ad lapides, quibus Chananei confecti oppresſiſſe sunt. Neque de nomine grandinis adjecto lapidibus sollicitos nos esse oportet, cum usurpari illud commode potuerit de furoſa lapidum procœla, quæ tanquam grandinis turbo in caput miserorum infonuit. Ita pariter reddi possunt verba Ecclesiastici, Isaiae, & Ezechielis, sicut & familiari sermoni passim usurpare solemus: Deturbata est in miserum lapidum, istum, sagittarium grande. Porro si grandinem tantummodo vulgarem significare voluisserint Prophete, quid opus fuisset hac verborum granditate rem familiarem exprimere? Negocium hic tantum facit genus, & natura lapidum, qua illi ratione concraverint &c. quod in praesenti nō nobis discutiendum supereſt.

Lapidum imbræ non ita naturæ vires superant, ut continuò ad prodigium referendi sint. Moyses Deut 28. 24. pluviam quandam pulveris, & arenæ à Domino immittendam in populum refractarium denunciavit: Det Dominus imbræ terra tua pulvorem, & de Cœlo descendat super tecum, donec conteraris. Exempla rem produnt. Accidit non raro, ut in insuetis terra concussionibus, ventis intima terra quatinibus, pulveris, & arena nimbus in Cœlum efferratur, inde verò in subiecta arva recidens spiritum animalibus intercludat, agris sterilitatem inducat. Id contigisse ferunt juxta vicum Tripergola in Italia anno 1528. ubi validis succussionibus agitato solo, subito nimbo obductum Cœlum lapidibus & pulvere pluit; post biduum novus crevissit mons in medio lacus Luerini spectatus est (h). Majora eius generis prodigia anno 1707. narrantur; nova enim Insula ex imo maris emergens in Archipelago, fluente ad prodigium Europæ, apparet. In Relationibus ejus phænomeni legimus ante plures dies velut ingentes pi-

* Antiq. l. 5.
g. De Idololatria
l. 1. c. 26.

h Montfaucon.
Diar. Ital. cap.
21. pag. 318.

De pluvia lapidum in Chananeos.

151

Ix bombardæ strepitus exauditos fuisse, tum plures ignitos lapides in aërem ad immensam altitudinem ejaculatos, proprio deinde pondere recidentes, in subjectum veluti accensos pulveris radios pelagum, & in omnem latè agrum spatio ultra quinque milliarum recidisse. Ad hæc ater nigerque fumas, cinereo quadam furfure teter attollebatur, ita crassus, ut vix à recurrent aere dissolvetur; qui tandem validis ejusdem aeris concussionibus paulatim dissecst, in pulvrem tenuem abibat, indeque veluti niger efformatus imber in subiectas terras ita exonerabatur, ut totum solum obduceret. Interdum cum fumo justæ magnitudinis lapides igniti intorquentur, adēc ingenti copia, ut non semel tota brevis Insula facies tegeretur.

Romani, quibus monstri loco habebatur, si quando Cœlum lapidibus pluiffet, eius rei exempla plurima in suis historiis servarunt. Sub Tollo Hostilio [i] renuntiatur est, in Urbe lapidibus super montem Albæ pluiffe; res fabella loco primùm accepta est, nunquam enim memoria hominum fuerat auditum, de Cœlo lapides demissos; dein certi homines legati sunt, ut rei veritatem explorarent; renunciarunt illi: haud aliter, quācum cum grandinem venti glomerata in terram agunt, crebri cedidere de Cœlo apides. Temporis successu prodigium illud familiare redditum est, ut veluti in re frequenti minus ad illam horrentur (k). Similis pluvia exemplum extat apud Authorem belli Africani (l).

Aliquanto post prælium Cannense, bidu spatio in codem Albæ monte, simile imbris prodigium innovatum est. Paria aliibi leguntur veluti Aricæ [m], Capua Romæ, Laviniæ, Amternis, in Marchia, Anconitana, & alibi. Interdum ignei lapides Cœlo cadebant, interdum glebae, interdum vulgares lapides. Hæc autem adeò explorata sunt, publica, & singularibus rerum eventibus confirmata, sicut & præstantissimum Scriptorum fide, & copia asserta, ut non sine temeritate negarentur.

Quod autem supra fidem videretur illud est, nimur non imbræ tantum lapidum, terra, atque arena è Cœlo decidere, sed etiam ingentium lapidum molles varias diutius per aerem jaſtas, tandem ruisse præcipites.

Plutarchus in vita Lysandri fusiū narrat historiam lapidis fulminei, olim in fluvium Ægæos in Thracia dilapi. Anaxagoras Philosophus, qui in ea erat sententia, Solem ingentem esse lapidem igne cidentem, futurum prædictit, ut lapis iste è reliquo fæxo avulsus corveret (n); Damacus animadvertisit (o), solidis illis 75. diebus, quot à redditu Anaxagoræ oraculo, usque ad lapidis lapsum intercesserunt, aeris faciem flammam quemdam nimbum occupasse, in variis hinc inde partibus varie agitatum; ex eo verò sub inde lapidea quedam fruſula veluti favillas avulsa, tamquam stellas erraticas ex uno in alterum locum actas; corrueuent tandem lapidem deseruisse ab igne, immunu-

p. Meterolog. l.
i. cap. 7.

q. Plin. l. 2.
cap. 68. Qui
lapis etiam
nunc ostenditur
magnitudine velutis,
coloris aduslo.

r. Vide Gesner.
rum, & Ansel.
sel. de Boot
bif. lapid. &
gemm.

s. In Lib. 10.
Diog. Laerti.
de Meteov. Epis.
cur. &c.

t Cardan. de
Variet. l. 14. c.
72.

dit. E' nimbo flammæ ante duas horas in Cœlo versante dilapi sunt, quorum unus in statua pondus reddidit 120. librarum, alter 60.

u Lapid. & Gemm. cap. 261. Ex *Ceraunis* seu lapidibus fulmineis, de quibus agit Anselmus de Boot (*a*), aliqui inter Curiosorum Cimelia servati aſcia formam, alii vomeris, mallei, mal-leoli, cunei referunt. Quod ad rem spectat, genus creditur focarii lapidis; colore variant. Forulis autem intructi quibusdam plerumque non caſu ſed de induſtria, ut quidem ſufpicari licet factis, & manubria quondam habuiffe ſua, & in-varios agrestium uſus adhibiti videntur.

x Herod. 1.7. c.69. E' nubibus cum fulgore diſploſi lapides illi vulgo creduntur; ſed multò ad rem propius in uſus veterum Barbarorum tum bellicos, tum domesticos agrestesque additio-nes autuunt Erudit. Scitum eft enim conſueuiffe olim Veteres, ſolido quodam lapide & ferre impenetrabili tum cultros, cum arma conficeri. Aethiopes apud Herodotum (*x*) præduro quodam lapide & sagittas armabant, & ſigilla inſculpebant. Foramina lapidum in loco, ubi manubria erant inferenda, variis olim uſibus ser-viſe argumento ſunt apertissimo.

In vico quondam Normandie, cui no-men Conquerelle, tumulus veterum Barbarorum anno 1685. (*y*) deteſtus eft, in quo poſta super capita defunctorum ha-fciæ ex præduro lapide, ac colore variae, inventæ ſunt; nihil autem illæ à Cerau-nis erant abſimiles.

Aſuetæ ſub fabularum velamentis vera celare vetuſtas refert, Herculem ſuceptâ in filios Neptuni expeditione, lapideam grandinem à Jove impetrata, qua in ho-ſtes deturbata omnes oppreſſi ſunt (*z*).

Hujus fabelle non aliam facile historiam queras, quāqua de Jofue in Scriptura narratur; filii enim Neptuni aptissimè Chananeos, ſive Phoenices commercio & navigationi deditos designant. Solemni Scripturæ phrasii filii maris, terra, arcis non alios designant, quā navigationibus, cultui terra, jaculationibus addictos viros. Herculis nomen multis insignibus viris commune eft; vel ſaltem res à mul-tis præclarissimis viris inſigniter geſtæ, quidquid inſuper memorabile habebat ve-tus, hac in Herculem collecta ſunt. Factum inde, ut in unum eum virum ea ſimil convenientia deprehendantur quæ de Moysè, Jofue, Samſone &c. memoria man-duntur pluſe *g. faxes.*

Nuclei fulminei genus eſſe lapidis cre-duntur, facile à noſtro argumento non alieni. Nucleus enim iſte materiæ quadam conſtat sulphurea, & nitroſa ex terra ha-litu in nube roridâ conſtituto varieſe sub-acto & agitato. Ejusdem naturæ partes coeunte in corpus ſolidissimum conſtrin-guntur, quod agitatione & compreſſione nubis igneſcens, in liberiore aerem diſiecto nubis ſiu, qua facilior via eft, eva-dit. Accidit autem brevi (quandoquidem ex ſulphurea & nitroſa materiæ to-tus conſtat, pauci terra & crassioris ma-teriæ, ignis vim retundentis, partibus ad-

mixtus) ut totus abeat in flamas, at-que poſtquam erravit in libera aeris regione diutius, veluti accensi pulveris radius nihil poſt ſe reliquit, niſi odorem, fumum, & colorem quemdam aduertum in locis à fulmine tactis. Huc ſpectare facile potuit Ezechiel in loco ſupra laudato, ubi de la-pidibus Gabiſch (*a*) vel pyropi, quæ gemma eſt colore & fulgore igneo.

Aliud eft genus lapideæ pluvia natura-le, rarissimum tamen; cum nempe lapides eſt petra aliqua in editis montium ju-gis diuulſi, in aera, ventorum vi ſublati tolluntur, ac deinde vento reſiden-te innato in terram pondere deturbantur. Id in noſtri quidem regionibus inuiftum, frequenter ſpectari narrant Itineraria in quibusdam Africa trachib, ubi procelle familiares. Cum Perſe ad Templum Delphicum diripiendum veniſſent, ſurens ſubito imbrum procella, & fulmina ſimul & lapides eſt petris avulſos intorquens, in ſacra impiorum capita ingruens, tantum in illos caede ſeuiit, ut exercitum diſparat atque deleret. Ita Diodorus (*b*). Paria, accideſſe Perſis violentas manus in direc-tionem ejusdem Fani inſicere volentibus, Pausanias eft author (*c*); lapides, inquit ille, montis Parnassi, vi procella avulſi, in Gallorum capita reſidentes miſerè atto-nitos opprimebant. Hanc lapidum avulſionem non procellæ furenti, ſed terre ſucciſſione violentæ tribuit Iuſtinus [*d*]. Preſentiam Dei & ipſi ſatim ſenſere; nam & terre motu portio montis abrupta Gal-lorum ſratuit exercitum.

Hac lapidei imbris exempla ſuccurrunt; reſta modū ut genus determinetur, quod poſtiffimum retilife lapidea grande ſub Jofue, noſtrâ quidem ſententiâ, viſa eft. Porro ex iis, quæ de lapidibus fulmineis ſupra digeſſimus, facile Lectores intel-leixerint, omnia ad fabulas poſtiuſ, quā ad historiam amandari. Nucleum in praefen-tiarum ab re proſrus eſe ex eo conflat, quid lapis eft quidem, ſed alterius exte-roqui à lapidibus in Chananeos nature. Illi enim grandine imbre ruentes Chananeos à deſcenſu Bethoron uſque Azebam longiſſimo temporis & locorum ſpatio pro-sequi ſunt: quid hæc ad nucleum, ſive ad fulgur? Tandem alieni à noſtro argu-mento habentur ignoti illi lapides in aere aliquantò ſuſpensi, dein in varia terra lo-ca ruentes, hæc enim mira quādam & inſueta phænoena vix ac ne vix quidem grande lapidum appellari ap̄e potuerint.

Verū ſi pondera illa immanis adeo & compacta valido ventorum robore in aere fuſtineri, atque huc illuc volui potuerint; ſi petere ſublimia ignis ſive ſubterraneæ exhalationi vi coacta ſunt; vel ſaltem in aeris regione terreis, aqueis & ſulphureis particulis ſimul conſtipatis compingi potuerint; quidni contigerit, ut lapides, mole quidem miiores, ſed copiæ maiores, quales in Scriptura inſinuantur, ſive in ipſo aere formarentur, ſive ſaltem in aera ſublati lapideam grandinem gravem Chananeis reddiderint?

Deſtituſum eft jam diu inter Doctos opi-

*a Ezech. 13.11.
aſne elgaſſe.*

*b Diodor. Si-cul. Bibl. 1.11.
Vide & Herodot. 1.8. c.27.
c Pausan. 1.1.*

*d Lib. 24. aſne
finem.*

113

nari cum Anaxagora, lapides eſt Cœlo interdum dilapiſo, fruſtula eſſe ex la-pideā ſolis ſive altorum maſſa diuulſa; ne-que enim pronius eft ut credamus, potuſſe eſt Sole vel altis lapides diuelli in terram provolendos, quād quod lapides ipſi eſt maſſa montium in aethera protrudi potuerint, quid ſe cum aliis solidis corporibus in va-sto materiæ æthereæ, æquore natanti-bus conjungerent.

Cum vero exploratum habeatur, acci-disse quandoque ut immanes lapides in me-dio aere flamas conciperent, ac deinde proprio pondere in terram ruerent, ſicut & viſas interdum lapideas procellas; non eft planè cur de veritate prodigiū Jofue ambigamus. Res eft enim nihil majorem extorquens fidem, quād cetera rata ſine dubio, & omnium affenſu certiſſima. Hiſce autem formandi lapidum neque prodi-gium, neque Angelorum ministerium comi-niſci cogimur, quod à Maſio, & Bon-frero faſum eft; cum Physica reguli ſuſtē adhuc prodigiū veritate poſſimus. Neque enim imbre lapideo pluſe Coelum mirandum eft, ſed id potius monſtri loco habendum, ut procella eā datā oportuni-tate hoſtes corripiuerit, ut ad eam rem pa-rentur lapides, ut tandem cauſa fecun-da ad illam rei eventum diſponerentur, atque dato temporiſ articulo nimbus ex-ecuteretur in Chananeorū perniciem. So-let plerumque Deus res & cauſas na-tu-ralis in prodigiū ordinare, cum ſciliſt no-vā inīda diſpoſitione ſuis impliſis conſiliis determinat. Non creaſuras ille novas educit, ſed novam creaſuras diſpoſitionem indit. Cum in Hebraorū caſta indu-ceret coturnices, cum in Egyptiſ muſcas immitteret, num ille novas in Orbe creaſuras invenit, & non potius diſperſas per universam Orbis faciem prodigiū con-gregavit?

Coſcipimus non inviti valido ſu-renti turbine aveli eſt petra potuſſe lapides, atque longiſſime tranſferri. Ignis etiam ſeu venti intra terræ viſcera compreſſi vel clauſus in ſpecu aer laſpu quodam ſi-ve humi, ſive petra alicuius in ardum re-dactus, ſi quā forte adiutum in parentem aerem pertuant, obvia quaque omnia abripiunt, veluti inflammatuſ in bombarda pulvis, vel compreſſuſ in eadem bombar-da aer globum ſecum rapit. Contigit id non raro in monte Vesuvio, & Aetna, unde ejaculati longiſſime lapides, arena & cineres in ipſo voragini orifice jacentes, longe latèque terrenum intulerunt. Id igi-tur forte & in imbre lapidum accidit: la-pides in aera ſive turbine rapi, ſive erup-tent, qua valida etiam animalia ster-nerentur; quemadmodum memoriæ prodi-gium eft de grandine à Deo in Egyptum exuſſa, qua homines, & pecudes ſub-dio deprehenſos occidiſſe (*g*). Sed quæ exer-citum percuſſerit grande, majori in illam facta eade, quam que viſtorum hoſtium gladio integræ die omnium, quoiquot un-quam ſuertunt, longiſſimæ induceret, nulla unquam occurrit. Nonne pronius eft ut credamus eam eadem ad lapideam grandinem eſſe referendam, qua miseros 6. vel

Diffr. Calmet. Tom. I.

Potuit enim pulvis, arena, terra turbine quodam commota in aera protrudi, quod iteratis exemplis quotidie contingere quis ignoret? Rore autem nubis pulvis ille madefcens conſtipari primū, deinde ad-mixtione partium ſulphurearum, bituminofarum, oleofarum doreſcere, tum proprio adiiente pondere, vel cadentis nubis aliuſa in terram ruens, adiecto vento & procellæ impetu, adeo gravis in capita Chananeorum impingi, ut paſſim miſeros occideret. Hucusque prona ſunt omnia, nihilque na-tu-ralis leges tranſcendens. Prodigii autem viſ in eo poſtiffimum ſpectatur, quid adeo diſpoſita Dei iuſſu, & Angelorum direc-tio ſingula hac congiugent, ut in ipſo deſcenſu Bethoron hoſtes corripiuerent.

Nec ego facilis in animum induxerim, lapideas plavias in veteri Roianorum hiſtoria non infrequentes, in ſupernaturalium canarum cenuſ referendas eſſe; ut nimis pietate laborare videantur Scriptores il-li, qui Cadocæmonis aſt faſtum id arbi-trantur; quaſi ſciliſt Dei simulatione quadam, & continēdant in ſuperſitione populi prodigiū ſpecie fallere incāutos vo-luſiſſet (*); quid nempe ſolemne eſſet Gen-tilibus lapideæ pluvia prodigiū ſacri No-vendali averruncare (*e*).

Quid vero ex duobus hiſce ſyſtemati-bus unum aliquod præferamus, ſive illud quod in textu Jofue vulgare grandinem, vel quod lapideam pluviam agnoscit, credimus poſtremum ad literam magis, & ad men-tem Sacri Scriptorū accedere. Neque enim Scriptura grandinem tantummodo ſignifi-catur illis uteretur phraſibus: *Dominus mihi ſuper eos lapides magnos de Cœlo.* Ni-mis enim ardua eſſet interpretatio, ſi la-pidum nomine grandinem intelligere co-geremur cum maximè ſola litera inſpe-cchio lapidum non grandinis ideam lec-to-ribus ingerat. Ad hæc: *Cum pluit terra, cum pluit creta, cum pluit lapidibus, non ut grande appelliari ſoleat hoc nomine, ſed omniō lapidibus.* Hac profeſſio etiam gra-viter ladere potuerunt. Ita S. Augustinus (*f*). Si ergo de grande tantum agere-tur, nunquam plane uſurpatum fuſſet no-men lapidum, & magnorum lapidum, ne-que lapideis pluſe ſcriberetur. Adiit poſt hæc omnia Scriptura, lapideas grandinis procellam multo plures abſumpſiſe ex Chananeis, quam quos Israelitarum gla-dius abſulerat; qua quidem de lapidibus, quād de grande multo pronius intel-liguntur.

Nec me fugit, congiſſe aliquando, ut vi procellæ immanis quodam grande ex-ecuteretur, qua valida etiam animalia ster-nerentur; quemadmodum memoriæ prodi-gium eft de grandine à Deo in Egyptum exuſſa, qua homines, & pecudes ſub-dio deprehenſos occidiſſe (*g*). Sed quæ exer-citum percuſſerit grande, majori in illam facta eade, quam que viſtorum hoſtium gladio integræ die omnium, quoiquot un-quam ſuertunt, longiſſimæ induceret, nulla unquam occurrit. Nonne pronius eft ut credamus eam eadem ad lapideam grandinem eſſe referendam, qua miseros 6. vel

*f De Civit. 1.
3. cap. 31.*

g Exod. 9. 22.